

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Sebastiani Castellionis Sacrorum Dialogorum Libri  
Quatuor, Quos Postremo Ipse Recognovit: Argumenta  
Singulis Dialogis Praeposuit, Et Sententias Sublicit ...**

**Châteillon, Sébastien**

**Francofurti, 1761**

**VD18 12886300**

Achis.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18303**

ACHIS. I Reg. 29.

## ARGVMENTVM.

Achis Gethæ Rex, admonitu procerum suorum, Davidem, (qui ad ipsum confugerat) ab exercitu suo dimittit.

*Proceres Palæstini, Achis Rex, David.*

**Q**uinam sunt Hebræi isti, quos habes in nostro exercitu? *A.* David est, Sauli Isrælitarum regis servus, qui mecum egit per hosce dies, vel potius annos, in quo nihil adhuc reprehensione dignum deprehendi, ex quo ad nos aufugit. *P.* Remitte hominem in eam provinciam, cui tu eum præfecisti: ne, si nobiscum descenderit in certamen, in nos se convertat. <sup>a)</sup> Nam qua tandem re melius possit cum suo domino reconciliari, quam horum hominum capitibus? Nonne hic est ille David, carmine illo in choreis celebratus? Saulus mille, decem concidit millia David. *A.* David, Jovam ego immortalem testor, te mihi, tuamque castrensem confuetudinem probari: neque enim illum adhuc in te vitium, posteaquam ad me primum te contulisti, deprehendi. Sed optimatibus non places. Quam obrem discede cum bona pace, ne Palæstinos proceres offendas. *D.* Quid vero ego commisi? aut quid in me adhuc deprehendisti, ex quo primum in tuum conspectum veni, <sup>b)</sup> ut in bellum contra hostes tuos non proficiscar? *A.* Scio

G 5 equi-

a) Etiam barbaris non deest prudentia.

b) Simulatio.



106 DIALOG. SACRORUM

equidem te mihi iam placere, quam si divinum Aggre-  
esses genius. Sed vetant satrapæ Palæstini, te dolor  
prælium secum inire. Quamobrem mane, ubi  
diluxerit, proficisci sane una cum tui dominii  
servis, qui tecum venerunt. *D.* Evidem inviti  
illis militare nolim: parebitur.

SENTENTIA.

*Non ab re suspectum est perfugarum contra suorum auxilium.*

AMALECHITA. 2 Reg. 1.

ARGUMENTVM.

Amalechita quidem Davidi necem Sauli  
nunciat, cuius necis autorem ipse se esse  
dicit, eamque ob rem David eum jubet  
interfici.

*David, Amalechita.*

**V**ideo quendam huc venientein scissa veste, &  
capite insperso pulvere. Haud temere est,  
nimirum aliquem sinistrum nuncium affert. Un-  
denam ades tu? *A.* Ex exercitu Israëlitarum  
evasi. *D.* Quid actum est? eloquere. *A.* Fu-  
gerunt milites e prælio, multi e vulgo ceciderunt:  
Saulus quoque & Jonathan ejus filius occubue-  
runt. *D.* Qui scis Saulum & Jonathānem occu-  
buisse? *A.* Cum forte venissem in Gelboem  
montem, video Saulum innixum hastæ, cui cur-  
rus & equitatus jamjamque imminebat. Respexit  
ille, & me viso: Huc ades, inquit. Accessi. Tum  
ille. Quis tu es? Amalechita, inquam ego.

Aggre-